

plicavit, ut venditionem, quam Thedericus ministerialis noster uxore et heredibus eius consentientibus de predio in Rûldehusen et omnibus bonis, que in eadem villa possedit, scilicet de ecclesia, que est in villa ipsa et dote ipsius vinetis, salictis<sup>a</sup>), pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus eodem Reinhersburnensi fecit pro ccc marcis argenti et  
 5 <sup>v</sup> mansis ac dimidio, quorum duo sunt in Sthophestete cum duabus curtibus et duo in Talhem cum magna curti, unus autem et dimidius in Elrisgehovin cum quodam molendino, redemptionem quoque dicti mansi et dimidii in Elrisgehoven cum molendino, que a prefato abbate postmodum facta est xxvii marcis, redemptionem eciam decimationis pro  
 10 <sup>v</sup> marcis nec non exclusionem cuiusdam Theoderici ac coheredum eius priorum ecclesie Reinherespurnensis xxxv marcis ratam habentes confirmaremus, licet privilegiis beatissimi pape Honorii et domini Friderici inperatoris ac fratris nostri<sup>b</sup>) Ludewici lancravii habunde fuissent roborata. [Nos igitur iustis eius petitionibus faventes]<sup>c</sup>) prelibata presenti privilegio communimus ac sigill[orum nostrorum inpressione roboram]us<sup>b</sup>). Actum anno gratie M. c. c. xxviii., indictione prima<sup>d</sup>). Huius rei testes sunt: Burchardus comes de  
 15 Brandenberc. Comes Albertus de Cletenberc. Lvdewicus iunior de Wangeheim. Rudolfus pincerna. Fridericus de Driuorthe. Tuto de Lapide. Henricus notarius.

(SD.)

(SFR.)

## 425.

*Landgraf Heinrich erläßt dem Kloster Frauensee den Zins, den er bisher von den genannten  
 20 Dörfern desselben zu beziehen hatte. — Zeugen: Sophie, die Mutter des Landgrafen, und sein Bruder Konrad. Vgl. No. 304. Eisenach, 1230 Jan. 19.*

*Hdschr.: Or. Perg. Geh. Haupt- und Staatsarchiv Weimar. S., an grünen, weißen und rothen gewundenen Seidenfäden, verloren. Phot. II. St. A.*

*Gedr.: Wenck, Hess. Landesgesch. 3, 105.*

25 Heinricus dei gratia Thuringie lantgravius et Saxonie comes palatinus universis hoc scriptum intuentibus | salutem in domino. Quoniam ea, que fiunt in tempore, labuntur cum tempore, necesse est ea scripti memorie commenda|re per quod, si necesse fuerit, ad noticiam succedentium valeant revocari. Hinc est, quod universitati vestre | per presens scriptum aperimus, quod nos ob amorem dei nec non sue sanctissime genitricis et virginis  
 30 Marie villas has Danne, Sebach, Rapoldis, Hecilns Lacui sancte Marie attinentes, de quibus nobis annuatim dabantur vi maldara caseorum et duo maldara pise pro pabulo, liberas dimittimus ab hac et ab omni alia exactione. Et ut hoc factum nostrum incon- vulsum perpetuo permaneat, hanc paginam abinde conscriptam sigilli nostri appensione duximus roborandam. Huius rei testes sunt: Soffia mater nostra. Cûnradus frater noster.  
 35 Comes Burchardus de Brandenberc. Rûdolfus pincerna. Bertholus et Cûnemundus dapiferi. Cunradus de Helngesleiben. Gothefridus de Tennestete et a[lit]<sup>a</sup>) quam plures.

424. a) salicnis. b) nri klein nachgetragen. c) Die unleserliche Stelle nach Kopie Q Q. I. g. 38 (Saec. XIII).  
 d) statt II.

425. a) Loch.